

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude
August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 18. Continuata hujus relationis lectio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67677

KXV.

'ema-

i De-

onem

opti-

eam

mad-

utio

[]. &

entis

S.Fa-

An.

stitu-

eftris

lege

972 ea

ropo-

præ

fue

705. com-

e in-

a D.
effet

enda

ranc fuit

dum

alis

25.

quo

"quo Rex scripserat ac præceperat, in- sæc. XVIII.
"scribendam esse a nobis eam ipsam A.C 1729.
"Constitutionem; quo quidem Mandato
"Eminentissimus Archiepiscopus sub
"pæna suspensionis ipso facto incurren"dæ, vetabat, ne ullus jurisdictionis
"actus circa Constitutionem, se non
"consentiente, exerceretur.,

"Hæsimus primo attoniti; hinc ex "nostris nonnulli a serendo in his Co-"mitiis suffragio abstinuere. Nihilominus D. le Rouge Syndicus attendens "dictum Eminentissimi Card. Noaillii "Mandatum ad Facultatem non perti-"nere, sui officii esse duxit, rem Con-"stitutionis ad votum Regis esse Fa-"cultati proponendam & deliberationi "Magistrorum Præside Venerando D. "Decano tunc Francisco Huart per-"mittendam. "

S. XVIII.

Continuata hujus relationis lectio.

Cum autem eadem die deliberatio abfolvi haud posset, postera die habitis
comitiis Syndicus exposuit, se denuo
regias recepisse literas, quibus Rex
significaret, sibi renuntiatum suisse,
nonnullos ex Magistris occasione documenti a Cardinale Noaillio editi moras
inchoatæ deliberationi injicere voluisse,
velle autem Regem, ac jubere, ut sine

See. XVIII. mora hoc negotium absolveretur. Per-A. C. 1729, lectis hisce literis die quinta Martiisnita deliberatione relatio fuit continuata, his verbis: "Die quinta Martii Conscriptores Duquenne, de la Rue, & Hydeux accurrate collatis ac nume-, ratis ad fidem Plumitivi, ut vocant, "Magistrorum suffragiis, compererunt "centum & viginti octo Magistros di-"xisse sententiam; ex illis sexaginta "& octo adhæsisse sententiæ D. Hum-, belot pro acceptanda fumma cum re-"verentia Constitutione Unigenitus; "fexdecim cum D. Legero censuisse eam "inscribendam esse in Commentariis "S. Facultatis; tredecim vero cum "D. Lamberto, obtemperandum Regi & non "deliberandum, cæteris in partes di "verfas abeuntibus."

"Unum hic obiter observabimus, " falso prorsus jactitatum, vicisse sen-"tentiam DD. Legeri & Lamberti "Non ita est profecto; prævaluit ex , fide ipfius Plumitivi, longe majore suf-"fragiorum numero sententia D. Hum-"beloti."

"Quamquam, fi rem inspiciamus "propius, D.D. Legerus & Lambertus in "unam & eamdem confluunt senten-"tiam cum D. Humbeloto. Ad quid " enim inscribendam censuit D. Legerus "Constitutionem, nisi ad seriam ipsius

XXV.

Per-

tii fi-

conti-

Martii

Rue,

ume-

cant,

erunt

s di-

ginta

-Ium-

m re

nitus;

eam

tariis

cum

3 11011

s di

mus,

fen-

berth

it ex

e fut-

fum.

mus

usin

iten.

quid

erus ofius

, oba

, observationem : Quomodo vero & Sæc. XVIII. "quo sensu D. Lambert dixit, Regi ob- A. C. 1729. "temperandum, & non deliberandum, "nifi ad mentem & votum Regis ob-"fequendo Constitutioni? Rem vel ipse "palam confessus est D. Lambert. Ut "quid enim Anno 1715. in Comitiis "die 5. Decembris, veniam petiit a "S. Facultate, pili propterea quod., " ubi de accipienda Constitutione age-"batur, ea verba usurpasset, (ut ipse "confitebatur) quæ obsequio dato "Bullæ Pontificis nimium favebant?,,

"Verum, cum Anno 1714. non-"nihil discordiæ subortum fuisset inter "D. D. Conscriptores circa tenorem , verborum, quibus a V. D. Decano "Conclusio pronuntianda foret, roga-"tus a nonnullis est D. Legerus, ut ad "mensam Conscriptorum & scribæ ac-"cederet ac declararet, quibus verbis "Conclusionem crederet exprimendam "& pronuntiandam. His usus est pa-"lam & publice: Cenfet S. Fucultar, Constitutionem esse suscipiendam cum summa reverentia, & in Commentariis S. Facultatis unacum duahus literis Regiis inscribendam, ita reipfa pronuntiaram a "se suisse verbo ac scripto non semel "testatus est V. D. Huart Decanus "Comitiorum Præfes.

Hift. Ecclef. Tom. LXXIII. E ,Non

Sæc. XVIII.

"Non dissimulamus unum aut al-A. C. 1729 , terum ex nostris inter deliberandum, ., Constitutioni suffragatos non fuisse; ,, quod ad fuffragiorum libertatem deno-"tandam, qua fruebantur Magistri de-"liberantes, hic observatum volumus. "Observamus & istud. Conscriptores, , quos malevoli nonnulli, discordes "fuiffe voluissent, rixis omnibus poli-"tis, tandem ad concordiam remealle, "ita testante ac significante scripto pu-"blico Domino de la Rue Conscripto-"re, non dislidente tunc temporis "D. Duquesne, imo paribus votis con-"spirante altero itidem Conscriptore "D. Hideux, qui palam & publice con-"testatus fuerat, revocare se & in it-"ritum mittere approbationem, quan " olim dederat Libro Reflexionum Mo-"ralium, quem idcirco a se improbar "ac rejici declaravit; non tantum quod "a Clemente XI. summo Pontifice, & "a Cardinali Noaillio improbatus fuil-" fet ac rejectus, fed etiam & a facra "Facultate. ..

"Hac ipfa die quinta, indicta funt "Comitia extraordinaria ad diem de-"cimam Martii, quæ quidem non fur-" tim. & clanculum, ficut latere amant, "qui male faciunt, fed palam & pu-,, blice. patentibus foribus, & in aper-"tislima luce celebrata sunt.

, mitiis

BENED XIII.P. CAROL.VI. ROM.IMP. 67

XXV.

ut al-

dum, fuille:

deno-

ri de-

ımus.

tores,

ordes

pofi-

eaffe,

o pu-

ripto-

poris

con.

ptore

con-

in if

quam Mo

obari

quod

e, &

fuil-

facra

funt

a de-

1 fest

nant, pu-

aper-Co-

nitus

"mitiis lecta & confirmata est, ne uno Sæc.XVIII. "quidem ex Magistris, quod sedulo A.C. 1729. "notandum, refragante, Conclusio, "quæ eo ipfo juxta leges vestras, ve-"ftrosque mores, in rem judicatam "abiit, & cui refragari nefas deinceps "fuit. Etenim quanta, quæso ordinis "publici perturbatio foret ac confusio, "nihil fixum ac certum in civili fo-"cietate haberemus, semper in incerto "suspensi hæreremus, si leges semper "cudere & recudere necesse soret? "Quam misera inde foret mortalium " conditio !,

"Profecto si de tali Conclusione ex-"postulandi locus fuisset, hic erat ex-"postulandi ac conquerendi locus ido-"neus: vel intentanda inscriptio falsi, "quæ via juris aperta erat; vel incu-"sanda Conscriptorum in numerandis "fuffragiis, vel V. D. Decani fides in "Conclusione recitanda. Vestram si-"dem, PP. SS. hic appellamus, fi qui-"dem tale tunc temporis objecerint "adversarii? siluerunt, obmutuerunt. "Attamen qua conscientia silere illi po-"tuissent, si falsum putassent Decretum, " li Constitutio fidem Evangelii, do-"Ctrinæ Moralis integritatem, discipli-"nam Sacramentorum, amorem Dei, "& alia hujusmodi Religionis Chri-"stianæ, (sicuti postea clamitarunt ali-E 2

», qui,

Sæc. XVIII. "qui, & etiamnum clamitant) capita A. C. 1729. "& fundamenta subverteret. Silue-"runt tamen illi & filentio satis super-"que declararunt, se mox lectæ Con-

" clusioni assensisse. "

"Sed ecce tandem accidit adhuc "aliquid longe majoris momenti, quod "certam & splendidam, si quæ unquam "fuit, decreti vestri consirmationem "suppeditat. Die decima quarta Martiisex "a vobis selecti Seniores Magistri, qui "bus se adjunxerunt alii plures, inter "quos, obiter observamus, adsuere "DD. Chaudiere & Duquesne, Decre "tum vestrum Regiæ Majestati obtu-"lere, tamquam publicum & solemne "vestræ in Sedem Apostolicam & in "Regiam voluntatem reverentiæ & "obedientiæ monumentum.

"Quanto cum Religionis ac gratu"lationis sensu Rex optimus Decretum
"vest am acceptum habuerit, quanta
"cum benevolentia ac propensa in sa
"crum ordinem vestrum universum,
"& singulos Magistros voluntate Re"giam suam protectionem, & auctori"tatem pollicitus suerit, nemo nostrum
"ignorat. Addidit Rex augustissimus
"sperare se nec dubitare, quin Decre"tum vestrum typis mandari ac publici
"juris sieri quantocius curaretis. cum
"aquum sit, dixit, ea qua sunt optima,
"latis-

BENED.XIII.P. CAROL.VI. ROM.IMP. 69

XXV.

capita

Silue.

fuper-

Con-

adhuc

quod

iquam

ionem

tiilex

, qui

inter

lfuere

)ecre-

obtu

emne

& in

iæ &

ratu

etum

uanta

in la-

rfum,

Re.

ctori-

Arum

limus

ecre-

ablici

cuni

tima,

latij-

"latissime dissundi. Regize voluntati ob- Szec.XVIII.
"fequendum proculdubio duxit Syn- A.C. 1729.
"dicus, non sine tamen aliqua pru"denti cautione, ne sibi aliquid przeci"pitanter arrogasse videretur; Co"mitem de Pontchartrain Syndicus
"consuluit. Re cum Principe commu"nicata, rescripsit idem D. Pontchar"train, Regem velle, ut quantocius da"retur opera, ut publici juris sieret ac
"magistris distribueretur conclusio lata
"die quinta Martii, & consirmata die
"decima, quze Regio jussu jam typis
"mandata suerat.

"Obstrepere nihilominus ausi funt "inquieti octo vel decem Magistri con-"querentes Decretum inconsulta Facul-"tate fuisse mandatum typis, quod "tamen editum fuerat ipfo jubente. "Rege, atque postulantes (quasi res. "nondum esset confecta) ut iterum "ac de novo numerarentur, expende-"rentur suffragia Magistrorum, qui in "Comitiis Martii præcedentis fuam , dixerant fententiam. Audaciam non "tulit Rex Christianissimus, atque sex "e Magistris, in pænam tumultus, a "Comitiis facræ Facultatis excludi "justit, datis ad sacram Facultatem Li-"teris die decima Aprilis, lectis in "Comitiis, quæ habita funt die decima " septima ejusdem mensis & Anni 1714. E 3 22 VIO=

JNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

70 HISTOR. ECCLES. LIB. CCXXV.

Sæc.XVIII. "Violatam idcirco obtenderunt illi A. C. 1729. "Facultatis libertatem. Quali veroad fervandam libertatem necessesoret licen-

"tiam ad quodlibet audendum laxari? "Conscientiam vestrain jam inter-"rogamus, fapientissimi Patres. Erit-,, ne adhuc aliquis in S. Facultatem tam "injuriofus aut in Regiam Majestatem , tam iniquus, qui affirmare audeat "Decretum latum die 5. & die decima "Martii confirmatum & folemni pom-"pa Regi die 14. oblatum, & ab ejus Majestate acceptum cum lau-"de vestra, nihilominus falsum ac " spurium esse? Certe si falsum esset, , quod aures abhorrerent, ergo irrilo "res & illusores Regiæ Majestatis fuere, , qui nomine vestro ipsi falsum pro vero , decretum obtruserunt. Nonne hoc "ipsum fuisset Regize Majestati in suo , folio fedenti proterve illudere? labem "hanc & ignominiam quantocius ab "ftergatis."

"An eo misere effugient, ut dicant, quod cum pronuntiatum duntaxat, fuerit (ut salso putant) inscribendam, esse Constitutionem, illam ideireo, haberi non debere, ac si vim legis, obtinuerit in sacra Facultate; verum, in turpem ac crassam hallucinationem, incidunt. Neque enim tantum justit, Rex inscribendam Constitutionem, sed

" etiam

XXV.

int illi

eroad

licen-

(xari?

inter-

Erit-

n tam

tatem

udeat

ecima

pom-

& ab

lau

m ac

effet,

irrifo-

fuere,

vero

n fuo

abem

s ab-

icant

taxat

ndam

circo

legis

erum

onem

jussit 1, sed

tiam

"etiam ut nihil doceretur, traderetur Sæc. XVIII. "& proponeretur, quod dictæ Bullæ ad- A.C. 1729. "versari posset, atque uno verbo eo-"dem modo, iisdemque cautionibus "servaretur, ac ipsa Constitutio Vi-"neam Domini Sabaoth Anno 1705. in-

"fcripta in vestris Commentariis. "
"Concludimus ergo, quod, etsi Col"legæ nostri dissidentes istud conseque"rentur, quod tamen pernegamus, Con"clusionem sacræ Facultatis hoc unum
"ferre, nempe inscribendam esse consti"tutionem, operam adhuc suam perderent,
"& in ipsamet Constitutionis inscriptione
"approbationem ejus, velint nolint
"authenticam agnoscerent, sicque Con"stitutionem a sacra Facultate tunc
"temporis receptam bona side sate"rentur. "

Secunda & tertia hujus relationis pars.

Altera die Syndicus reliquas hujus relationis partes prælegit, his verbis conceptas:

"Dolentes nunc aggredimur secun-"dam Relationis nostræ partem. In "ea enim multa occurrunt, quæ æter-"no suissent sepelienda silentio."

E 4

"Sa-